

# Votive Mass of the Most Holy Trinity

*White*

INTROIT: *cf. Tob. 12:6*

Benedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa Unitas : confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. *T.P.* alleluia, alleluia. *Ps. 8:2: Domine Dominus noster : quam admirabile est nomen tuum in universa terra. V. Gloria.*

*Blessed be the holy Trinity, and undivided unity : we will give glory to him, because he hath shown his mercy to us, In Eastertide: alleluia, alleluia. Ps. 8:2: O Lord, our Lord : how wonderful is thy name in the whole earth. V. Glory.*

COLLECT

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare Unitatem : quæsumus; ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum.

*O almighty and everlasting God, who hast granted thy servants, in the confession of the true faith, to acknowledge the glory of the eternal Trinity and, in the power of majesty, to adore the unity : we beseech thee that, by steadfastness in this faith we may be evermore defended from all adversity. Through our Lord.*

EPISTLE: *2 Cor. 13:11, 13*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres : Gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

*A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Corinthians.*

*Brethren: Rejoice, be perfect, take exhortation, be of one mind, have peace : and the God of peace and of love shall be with you. The grace of our Lord Jesus Christ, and the charity of God, and the communication of the Holy Ghost be with you all. Amen.*

GRADUAL: *Dan. 3:55-56*

Benedictus es, Domine, qui intueris abyssos, et sedes super Cherubim. *V.* Benedictus es, Domine, in firmamento cæli, et laudabilis in sæcula.

*Blessed art thou, O Lord, who beholdest the depths, and sittest upon the Cherubim. V. Blessed art thou, O Lord, in the firmament of heaven, and worthy of praise for ever.*

ALLELUIA: *Dan. 3:52*

Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis in sæcula.

*Blessed art thou, O Lord, God of our fathers, and worthy of praise for ever.*

*Between Septuagesima and Easter, the ALLELUIA is replaced by the following TRACT:*

TRACT

Te Deum Patrem ingenitum, te Filium unigenitum, te Spiritum Sanctum Paraclitum, sanctam et individuum Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. *℟.* Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia : tu es Deus solus. *℣.* Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, in sæcula sempiterna, O beata Trinitas.

*We glorify, praise and bless, with our whole hearts, thee, O God the Father, not begotten : thee, the only-begotten Son, thee, the Holy Ghost, the Paraclete, the holy and undivided Trinity. ℣. For thou art great, and dost wonderful things : thou alone art God ℣. To thee be praise, to thee glory, to thee thanksgiving for ever and ever, O blessed Trinity.*

*In Eastertide, GRADUAL and TRACT are replaced by the following Alleluias:*

ALLELUIA: *Dan. 3:52*

Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis in sæcula.

*Blessed art thou, O Lord, God of our fathers, and worthy of praise for ever.*

ALLELUIA

Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.

*Let us bless the Father and the Son with the Holy Ghost.*

GOSPEL: *Jn. 15:26-27; 16:1-4*

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

*Continuation of the holy Gospel according to St John.*

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me : et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos : sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me : Sed hæc locutus sum vobis, ut, cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.

*At that time: Jesus said to his disciples: When the Paraclete cometh, whom I will send you from the Father, the Spirit of truth, who proceedeth from the Father, he shall give testimony of me; and you shall give testimony, because you are with me from the beginning. These things have I spoken to you, that you may not be scandalized. They will put you out of the synagogues; yea, the hour cometh, that whosoever killeth you will think that he doth a service to God. And these things will they do to you, because they have not known the Father, nor me. But these things I have told you, that, when the hour shall come, you may remember that I told you.*

OFFERTORY: *cf. Tob. 12:6, cf. Dan. 3:55*

Benedictus sit Deus Pater, unigenitusque Dei Filius, sanctus quoque Spiritus : \*quia fecit nobiscum misericordiam suam, *T.P.* alleluia. *℣.* Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu : laudemus et superexaltemus eum in sæcula. \*Quia fecit. *℣.* Benedictus es, qui intueris abyssos et sedes super Cherubim : et superlaudabilis et superexaltatus in sæcula. \*Quia fecit.

*Blessed be God the Father, and the only-begotten Son of God, and also the Holy Spirit : \*because he hath shown his mercy towards us, In Eastertide: alleluia. ℣. Let us bless the Father and the Son with the Holy Ghost : let us praise him and exalt him above all for ever. \*Because he hath. ℣. Blessed art thou, that beholdest the depth, and sittest upon the Cherubim : and worthy to be praised and exalted above all for ever. \*Because he hath.*

## SECRET

Sanctifica, quæsumus, Domine Deus noster, per tui sancti nominis invocationem hujus oblationis hostiam; et per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Dominum.

*Sanctify, we beseech thee, O Lord our God, by the invocation of thy holy name, the victim of this oblation : and through it make of us, too, an eternal offering to thee. Through our Lord.*

## PREFACE

### *Of the Trinity*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum Unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus : non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim : qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes :

*It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God : who with thine only-begotten Son and the Holy Ghost art one God, one Lord; not in the oneness of a single person, but in the Trinitate of one substance. For that which we believe from thy revelation concerning thy glory, that same we believe of thy Son, that same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, we shall adore distinction in persons, oneness in being, and equality in majesty; which Angels and Archangels, the Cherubim too and the Seraphim do praise; day by day they cease not to cry out, saying, as with one voice:*

### COMMUNION: *cf. Tob. 12:6*

Benedicimus Deum cæli, et coram omnibus viventibus confitebimur ei : quia fecit nobiscum misericordiam suam, *T.P.* alleluia.

*We bless the God of heaven, and before all living we will praise him; because he hath shown his mercy to us, In Eastertide: alleluia.*

### POST-COMMUNION

Proficiat nobis ad salutem corporis et animæ, Domine Deus noster, hujus sacramenti susceptio : et sempiternæ sanctæ Trinitatis, ejusdemque individuæ unitatis confessio. Per Dominum.

*May the reception of this sacrament, O Lord our God, and the confession of the holy and eternal Trinity and its undivided unity, profit us to the salvation of body and soul. Through our Lord.*